



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Decretvm XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Iendarium Nostrum Osnabrugense obseruentur; & Archidiaconi locorum in prævaricatores quoquaque serio animadvertant.

DECRETUM VI.

IN Processionibus ordo, in Agenda præscriptus, diligenter servetur, abrogatis omnibus vanis, ludicris, superstitionis, & maximè equitationibus cum Venerabili Sacramento, aliisque abusibus.

DECRETUM VII.

Decani rurales intra xiv dies Confis-
tio Nostro mittans numerum Synodorum, Ritualium seu Agendarum, Proprietatum Sanctorum, & librorum Missalium Diocesis Osnabrugensis, quos singuli Pastores, juxta Decretua in ultima Synodo defuper emanatum, remissis antiquioribus & abrogatis, sibi comparantur.

DECRETUM VIII.

Sedes confessionales, in omnibus Ecclesiis, in loco patenti erigantur.

DECRETUM IX.

Lampades & lumen perpetuum, ubi fieri potest, ante augustissimum Eucharistiae Sacramentum procuretur.

DECRETUM X.

Sacramentum Extremæ unctionis non, ut haec tenus à plurimis Pastorebus factum, posthac neglegatur, sed ejusdem usum denupro salute animarum introducere allaborent.

DECRETUM XI.

Catechismus, tories à Nobis inculcatus, & promovens fidei Catholicæ maximè necessarius, sub pena arbitria singulis diebus Dominicis, etiam si pauci tantum comparent, nunquam intermittatur.

DECRETUM XII.

SCholæ in omnibus locis Catholicis insti-
tuentur; & privatae in Burschapiis, Emb-
landiæ præsertim, quæ haec tenus irrepere, se-
vere prohibeantur; aut, ubi ob inundationes
aut locorum distantiam erigi debent, accura-
tius iidem per Pastores invigiletur; & ad
Nos referantur.

DECRETUM XIII.

Nemo Pastorum in Ecclesiis ac Synodis sine bireto, ac toga talari, sub pena duorum florenorum Rhenenium posthac compareat.

DECRETUM XIV.

Aedes in Cœmeteriis & Immunitate, collapsæ, non reædificentur.

DECRETUM XV.

Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum de-
centius & augustinus in Sacrario, sufficien-
ter ad hoc exornato, asservetur.

DECRETUM XVI.

IN celebratione divinorum Officiorum, ma-
jorem quoque in ministris attentionem, de-
votionem, ædificationem, & frequentiam re-
quirimus; cum maledictioni divinae subjiciantur,
qui Officium Dei faciunt negligenter: uti
& majorem tarditatem in cantu; cuius melo-
diae dignitas, gravitas & splendor, ac devotio,
potissimum in tarditate & paufatione consi-
stit, eumque gratiorem & suaviorem reddit
audientibus.

DECRETUM XVII.

CVM, vigore Concilii Tridentini, & juxta
Cardinalium Declarationes, tanta sit
obligatio celebrandi vel præstanti Missas, in
fundatione & erectione beneficiorum imposi-
tas, ut in iis moderandis, reducendis vel com-
mutandis, solus Pontifex sibi potestatem re-
serverit; constet vero per experientiam, quam
plurimos beneficiorum possessores, in hac
Nostra civitate præfertim, quibus ex ipsa funda-
tione certarum Missarum, singulis septimanis
vel diebus præstandarum, onera incum-
bunt, minimè ea præstare, adeoque contra
fundatores, sese injūtios & crudeles exhiben-
do, gravissime peccent, ac simul in confiden-
tia ad restitutionem teneantur, nisi dispensa-
tionem obtinuerint, prout in nostris Synodis
sæpius declaravimus: hinc omnibus Vicariis,
Capellanis, & Beneficiatis, ceterisque hujus-
modi Missarum obligationibus gravatis, seve-
rissime mandamus, ut, salutis suæ magis me-
mores, numerum à fundatoribus imposito-
rum facrorum statutis diebus in posterum ce-
lebrent; in dubiis, ubi fundationes forsitan
non extant, aut de fundatorum voluntate non
constat, ad Nos recurrant, ac remedia debita
exspectent.